

11 *nticas obeundi, ad quæ tenetur, & quæ animarum qui-
libet Rector 8. Administrator præstare & obire solet.*
Quemadmodum administratio sacramentorum, uti &
assistencia matrimonio, non est proprie actus jurisdic-
tionis, sed simpliciter actus pastoralis; ita Deservitor
aut Vicarius hujusmodi licentiam assistendi matrimonio
alteri sacerdoti dare potest ex Canonistarum fere om-
nium sententia; quia, ut ipsi inquirunt, delegatus est ad
universitatem causarum, cui subdelegandi auctoritas
competit; atque ita in praxi servatur.

Et hujusmodi jus assistendi matrimonio, ita compe-
tere eidem manifestum est, ut licet Episcopus speciali-
ter inhibuisset, ne ipse matrimonio individuo assisteret,
nec ulli alteri sacerdoti licentiam assisteret, daret; ni-
hilominus ejus assistentiam validum reddere matrimo-
nium apud omnes in confesso est; quemadmodum de-
clarasse sacrum congregationem refert Sanchez, de ma-
trimonio, lib. 3. disp. 32. inquit quia non obstante hac
simplici prohibitione magis delegatus ad curam anima-
rum, & loco parochi. ***

DETRACTIO.

ARTICULUS I.

Detractio quoad ejus esse, & modos quibus fieri potest.

SUMMARIUM.

- 1 **D**etractio quid sit.
- 2 **Q**uid sit fama.
- 3 **Q**uid sit honor.
- 4 **H**onor in uno sensu est majus bonum, quam fama, & in alio sensu est majus bonum fama, quam h. nor.
- 5 **D**etractio dividitur primo in formalem, & materia-
lem, & quæ utraque sit.
- 6 **D**etractio dividitur secundo in directam, & indirectam,
& quæ utraque sit.
- 7 **D**etractio dividitur tertio in contumeliam, diffamatio-
nem, & usurrationem.
- 8 **C**ontumelia quid sit.
- 9 **D**iffamatio quid sit.
- 10 **S**usurratio quid sit.
- 11 **Q**uando qui calumniam, aut revelat, excusetur à pec-
cato, sive hoc faciat, sive videns quam mortuo-
rum crimina describendo; ad num. 59.

DETRACTIO est alienæ famæ occulta & injusta læsio, seu denigratio; *Est in re communis:* Hinc ad uberiorem detractio-
nis notitiam advertendum venit, quod quamvis honor, & fama quandoque sumantur pro eodem, revera
tamen differunt. Nam fama est estimatio bona de aliquo, quoad
aliquid ejus bonum, v. g. quoad ejus virtutem, scientiam, pulchritudinem, nobilitatem, favorem principum, divitias, & alia hujusmodi, quæ hominem commendant, & bonam de ipso existimationem causant. Honor autem est
testificatio quædam excellentiæ alterius, id est exhibitio alicujus rei, velut in testimonium, & recognitionem
quandam excellentiæ, quam habet ille, qui honoratur; Ex quibus habes, quod fama consistit in interna bonæ existimatione; honor vero ex externa significatione
nostræ existimationis de excellentiâ alterius; Hinc si honor sumatur prout includit famam, eique superaddit
testificationem, recte dicit Lessius lib. 2. cap. 11. num. 5. quod honor sit majus bonum, quam fama; Et è contra si fama sumatur prout contradistincta ab honore, Card. de
Lugo de justitia, disput. 14. num. 9. merito dicit, famam prævalere honori, quia melius est interne haberi pro bono, quam
externe tantum dici bonum, & interne haberi pro malo; Si enim daretur optio, quilibet sanæ mentis
mallet, quod alii bene, & honorifice de se in corde sentirent absque ullo signo, aut testificatione talis bonæ opinionis, seu
existimationis, quam quod bonam de se opinionem, seu existimationem significarent, in corde tamen male de ipso sentirent, juxta illud Matth. 15. &

Marc. 7. *Populus hic labiis me honorat, cor autem eorum longe est à me;* Nunc autem, quia non intuentur corda hominum, magis gaudet quis de honore, quam de fama sola; quia ex honore arguit se habere etiam bonam famam apud eos, qui ipsum exterius honorant. At absolute loquendo majus bonum esse famam quam honorem secundum se, tenent Sotus 6. de justitia quest. 10. art. 2. Molina tom. 5. disput. 26. num. 1. Lugo loc. cit. n. 9. & alii.

(Detractionis descriptio per leg. 1. tit. 9. p. 7. designatur, fere consonans cum præcedenti: honor per 17. tit. 13. p. 2. cum superscripta convenit: fama vero eodem modo per leg. 1. tit. 6. p. 7. describitur: ex bona fama commodum sibi & ceteris reportatur leg. 57. tit. 5. p. 4. mala nil pejus leg. 12. tit. 18. 2. tit. 19. p. 2. tamquam inimicis & pro majore reputatur, qui proximi famam lædit leg. 2. tit. 2. For. Reg. nam cura est habenda de bono nomine: hoc enim magis permanet tibi quam mille aurei thesauri magni: melius est tibi nomen bonum quam unguentum pretiosum: expedit magis mori quam ut gloriam meam quis evacuet. Apostolus ad Corinth. 9. Vid. in fin. ad num. 58.)

Detractio varie dividitur. Primo dividitur ex parte voluntatis in detractionem formalem, & materialem. Detractio formalis est, quæ fit cum directa intentione alteri nocendi, seu alienam famam denigrandi; Detractio materialis est, quæ fit quidem absque directa intentione, & voluntate alteri nocendi, vel ejus famam denigrandi, sed tamen cum prævisio, vel prævideri debito periculo nocendi, seu infamiæ alterius, adsoque non sine indirecto voluntario, intentione nocendi. Secundo dividitur ex parte modi detrahendi in detractionem directam, & indirectam. Directa est illa, quæ directe, & positive læditur fama proximi, & fit quatuor modis contentis in hoc versu: *Imponens, augens, manifestans, in mala vertens;* primo scilicet imponendo alicui crimen falsum; secundo amplificando; seu exaggerando crimen verum; tertio manifestando crimen occultum; quarto opus recte factum sinistre interpretando, seu temere exterius judicando, ut de illo Luce 11. *In Beelzebub Princeps Dæmoniorum sicut Dæmonia.* Detractio indirecta est illa, quæ solum indirecte, & quasi negative læditur fama proximi, & fit etiam quatuor modis contentis in hoc alio versu: *Qui negat, aut minuit, tacuit, laudatque remissis;* primo scilicet negando alterius bonum, seu recte factum, vel ejus dotes: secundo bonum, vel dotes alterius extenuando; tertio, tacendo malitiose bonum, vel dotes alterius eo loco, & tempore, quo tale silentium interpretatur ab aliis pro tacta vituperatione; quarto ita frigide, & simulate loquendo, ut talis laus potius cedat in diminutionem famæ alterius, seu ejus vituperium juxta illud Gellii l. 10. Turpius est exigere, atque frigide laudari, quam insectanter, & graviter vituperari. Tertio dividitur detractio ex parte circumstantiarum in contumeliam, diffamationem, & usurrationem. Contumelia est injuria, quæ alteri crimen falsum, vel verum occultum palam in ejus præsentia quasi in faciem objicitur, & est gravior detractio, quia detractio lædit proximum in absentia, contumelia in præsentia, atque adeo illa lædit solum famam, ista vero famam & honorem; Cum contumelia conveniunt convitiium, & improprium; Similiter derisio, & subornatio, quæ motibus injuriosis corporis fieri solet, juxta illud Prov. verb. 6. *Annuit oculis, terit pede, digito loquitur, præp. corde machinatur malum.* Diffamatio est detractio famæ alterius publica, seu coram multis facta, & cum directa, vel indirecta intentione alterius infamiam in publicum propalandi. Susurratio est prava oblocutio de proximo ad injuste tollendam amicitiam ipsius cum aliis, discordiamque seminandam, juxta illud Beelæstiaci 28. *Susurro, & bilinguis maledictus.*

Detractio calumnians, quæ crimen falsum alteri imponitur, nisi excuset materia levis, est semper peccatum mortale, quia falsitatem proponere in nullo casu licitum existit, cum mendacium sit intrinsece malum, & si sit in materia gravi, peccatum mortale. Unde merito Innocent. XI. die 2. Martii 1679. tres sequentes condemnavit propositiones, quarum prior in ordine 20. sic habet: *Fas est viro honorato occidere iracundem, qui vitium calumniam in-*

inferre; si aliter hoc ignominia vitari nequit. Altera ordine 43. sic sonat: *Quidni non nisi veniale sit Detrahentis auctoritatem magnam sibi noxiam falso crimine elidere? Et alia ordine 44. sic dicit: Probabile est non peccare mortaliter, qui imponit falsum crimen alicui, ut suam justitiam, & honorem defendat; Et si hoc non est probabile, vix erit opinio probabilis in Theologia.*

Ad coercendam detrahendi licentiam, respondeasque quorundam Casuistarum sententias, pro affectu legat Christianus caput 3. & 4. Epist. Cath. B. Jacobi Apostoli, teneatque hanc D. Thomæ doctrinam: "Si verba, per quæ fama alterius diminuitur, proferat aliquis propter aliquod bonum necessarium, debitis circumstantiis observatis, non est peccatum, nec potest dici detractio. Si autem proferat ex animi levitate, vel propter causam aliquam non necessariam, nec potest peccatum mortale: nisi forte verbum, quod dicitur, sit adeo grave, quod notabiliter famam alicujus lædat, & præcipue in his, quæ pertinent ad honestatem vitæ, quia hoc ex ipso genere verborum habet rationem peccati mortalis." Sum. 2. 2. quest. 73. art. 2. Nec ignorantia te excusat (ab obligatione restituendi) si scire debuisti ex factis tui injuriam verisimiliter posse contingere vel jacturam.

Detractio non calumnians, sed revelans tantum, quæ alterius verum, sed occultum crimen prodit, est peccatum mortale, quatuor concurrentibus videlicet: Primo, si adit voluntarium perfectum; Secundo, materia gravis; Tertio, Res occulta; Quarto, Injustitia revelandi. His conditionibus, vel una earum deficiente, evadit peccatum veniale, aut excusatur omnino à peccato. Est communis. Hinc resolves primo, quod defectu voluntarii perfecti detractio, quæ de sui natura esset peccatum mortale, redditur tantum veniale, aut excusatur omnino à peccato, sicuti patet in ceteris aliis peccatis. Divus enim Augustinus lib. de vera religione cap. 4. sic expresse ait: *Usque adeo peccatum voluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si non sit voluntarium.* Item nisi dicamus ob imperfectionem actus, v. g. ob ignorantiam, aut inadvertentiam ad nocendum proximi, vel ob vehementem passionem, aut præcipitantiam mentis, & linguæ, detractioem sæpissime excusari à mortali; adeo familiare est hoc vitium, quod totum pene genus humanum periclitabitur, siquidem, ut dicit Divus Jacobus in sua epistola catholica cap. 3. *Lingua modicum quidem membrum est, sed inquietum malum, quod nullus domare hominum potest.* Unde qui detrahit ex naturali impetu prave consuetudinis, & loquacitatis absque omni advertentia ad dæmonium proximi, non peccat mortaliter in ipso actu, licet peccent in sua causa, scilicet ipsa mala consuetudine voluntariè contracta, & retenta, justa generale regulam communiter traditam à Doctores in materia de peccatis ex consuetudine.

Resolves secundo, quod defectu materiæ gravis detractio evadit solum peccatum veniale. Si enim levis sit materia, sive in se absolute, sive habita ratione circumstantiæ personæ, utique excusabitur à mortali, & evadit veniale ex parvitate materiæ, sicuti in ceteris peccatis versantibus circa materiam divisibilem in levem, & gravem, juxta communem Doctores sententiam in materia de peccatis. Levitas autem, & gravitas materiæ detractiois attendi debet potissimum ex conditione personæ, quæ infamatur, quia fieri potest, ut narrando defectus alicujus solum veniales, vel etiam naturales, spectata conditione, & statu illius; grave damnum quis inferat, & sic graviter peccet, ut si qualificatum, & optimi nominis religiosum mendaciis assuetum esse dicat, virum gravem ac consularem, dicat illegitime natum, ortum esse de genere hebræo, & hujusmodi: Et è contra fieri potest, ut non sit peccatum mortale referre peccata mortalia, quæ ob conditionem personæ non notabiliter famam lædant, v. g. si quis dicat militem habere concubinam, fuisse ebrium, pugnasse in duello, adolescentem esse prodigum, deditum amoribus &c. Sic communitè Doctores cum Layman l. 3. tract. 3. part. 2. cap. 3. num. 3. Cajet. 2. 2. q. 73. art. 2. §. Ad hoc dicitur, Sot. leg. 4. q. 6. art. 3. circa 4. arg.

Ad uberiorem hujus materiæ notitiam libet hic afferre varios casus particulares in praxi frequentissimos. Regulariter igitur non est mortale revelare defectus naturales animi, corporis, vel naturæ, v. g. quod quis sit ignarus, illegitimus, luscus, &c. nisi inde aliquod grave damnum eum sequatur, quia tales non sunt defectus mortales culpabiles. Ita communiter. Similiter non est mortale narrare defectus morales de aliquo in generali dicendo v. g. esse superbum, iracundum, avarum, &c. quia audientes plerumque interpretantur de naturali propensione, & defectu involuntario; nec oritur grave damnum famæ; S. Ant. part. 1. tit. 8. cap. 4. Layman loc. cit. cum communi. Mortaliter tamen peccat, & detrahit, si quis de determinata persona in generali dicat, v. g. si scire quid de illo, quod si dicat, sit cum magno rubore affecturum; quia audientes ex his, & similibus verbis arguunt de eo aliquod grave delictum asserens ei gravem infamiam. Omnes. Non est mortale de aliquo ignoto, vel indeterminato male loqui, v. g. in tali loco esse multos improbos, in tali collegio unum canonicum commississe grave crimen, v. g. simoniam; Si tamen non sit tale crimen, quod in aliorum damnum redundet, quia tunc ratione talis gravis damni in alios redundantis erit mortale. Trull. d. 14. cum Az. Bonacin. Busembaum, & aliis passim. Hinc qui dicit religiosum talis monasterii, vel ordinis; hominem talis familiæ tale, vel tale crimen commississe, v. g. adulterium, fornicationem, & hujusmodi, peccat mortaliter, quia licet congregatio v. g. regularium re ipsa non maculetur ex unius religiosi malitia, aut perfidia, sicut nec collegium Apostolorum ex prodicione Judæ; maculatur tamen apud homines simplices, & imperfectos, quibus id sæpe multiplex scandalo esse solet. S. August. Epist. 137. ad Clerum Hippo-nensem, Layman loc. cit. num. 12. Sporer tom. 2. tract. 5. cap. 4. num. 61. Molina, Navarr. & alii. Gravius autem, & gravissime peccat, qui ordinis, seu congregationis alicui religiosorum in communi, vel monasterio detrahit dicendo v. g. quod in eo male vivatur, non servetur Observantia Regularis, & hujusmodi; (nisi tamen sit plane notorium) quia talis gravissimum damnum asserit toti Religioni, seu Congregationi, aut Communitati Religiosæ, Layman loc. cit. num. 12. Trull. d. 14. Busemb. loc. cit. num. 15. Sot. Navar. & alii passim. Diffamatum in uno crimine de altero valde affini infamare, v. g. dicere de adultero, quod miserit litteras amatorias, est tantum peccatum veniale, quia tunc non notabiliter tangitur infamia; de disparato tamen, & non connexo, seu affini delicto infamare, est mortale, quia infamias in uno genere vitii, non amittitur famæ in aliis virtutibus; Tanner. dist. 4. de justitia quest. 8. d. 7. num. 141. Less. dub. 14. Busemb. loc. cit. num. 11. Navarr. & alii plures. Ne nimis in longum adducantur consimiles casus ad dignoscendum, an graviter, vel leviter peccetur in hujusmodi materia, asseritur sequens regula generalis adducta à meo Sporer loc. cit. num. 59. *Quoties notabiliter fama alterius læditur, sive defectus narratus sit mortalis, sive venialis, sive naturalis tantum, toties peccatur mortaliter. Quoties vero leviter læditur fama, peccatur venialiter; quando nihil læditur, quicquid dicitur, nihil peccatur ex hoc capite.*

Resolves tertio, quod defectu rei occultæ detractio evadit solum peccatum veniale; nam crimen jam notorium referre apud alios jam scientes, vel sine dubio aliis brevi scituros seclum alio maligno affectu, vel effectu malo, est ad summum peccatum veniale, & sæpe etiam nullum peccatum. Quoad alios vero nondum scientes crimen aliis notorium, diligenter est attendendum, quia notorietate sit notorium. Duplex enim est notorium, scilicet, notorium notorietate juris, & notorium notorietate facti; Notorium notorietate juris dicitur id, quod scitur per confessionem rei in publico judicio, vel per sententiam Judicis jam publicatam; Notorium notorietate facti dicitur id, quod per ipsam facti evidentiam apud tot est ita notum, ut nulla tergiversatione clari possit; Gloss. in c. Vestra, de cohabit. Clericor. & mulier. Ut autem aliquod dicitur notorium notorietate facti, aliqui dicunt sufficere, quod sciant decem, quia hic numerus sufficit

ad constituendum populum, seu turbam, & parochiam; *l. 4. ff. de vi honor. rapti.* Alii dicunt sufficere, quod sciant sex, quia is numerus est plus, quam media pars numeri requisiti ad constituendum populum, seu turbam, & parochiam. Alii vero, quos sequitur cum Abbate in *C. cap. Vestra de cohabitatio. Clericor. & mulier. num. 16.* Molina *disp. 31. Layman l. c. num. 8. Lugo disp. 14. num. 70. Spor. loc. cit. num. 68.* dicunt, quod, quando factum litimite secreti, & occulti ita egreditur, ut attempta quantitate communitatis, qualitate hominum, & humana imbecillitate, prudentis arbitrio censetur impossibile cohibere, quominus in aliorum cohabitantium, vel viciniae cognitionem deveniat, tunc respectu illius communitatis, vel viciniae censetur notorium, & publicum. Quare si collegium constat octo incolis, sufficit plerumque quatuor, vel quinque crimen cognovisse, ut collegio notorium censetur; Sin autem collegium, vel monasterium constat viginti incolis, sufficit octo cognovisse; Si centum ibi inhabitent, sufficit quindecim, vel viginti scire; In oppido quadraginta domos incolas tale crimen cognovisse; Si civitas quinquies mille habitatores contineat, sufficit triginta, vel quadraginta per civitatem dispersos de tali crimine loqui, ut notorium, seu publicum censetur, ac de eo ulterius apud nondum illud scientes loqui liceat. His adnotatis,

28 Assero primo. Crimen notorium notorietate juris, postquam per condemnatoriam sententiam iudicis publicatum est, omnibus aliis locis sine injuria licite divulgari potest. *Est communis cum Layman loc. cit. num. 10. Molina disp. 33. conclus. 9. Navarr. in Manual. cap. 18. n. 26. Valent. tom. 3. d. 5. quest. 17. part. 2. cum aliis ab ipsis citatis.* Et ratio est, quia sicut magistratus in criminis vindictam jus habet privandi reum bonis fortunæ, & vitæ ipsius, ita etiam jus habet eum privandi bonis famæ, idque re ipsa factum decernit, quando reum publica sententia coram populo condemnat, ita ut reus amittat tunc apud omnes omnino jus ad famam respectu illius criminis, de quo publice condemnatus est: ergo tale crimen divulgans non facit illi injuriam, & consequenter non peccat contra justitiam. Immo per se loquendo, & secluso alio malo effectu, neque peccat contra charitatem, ut contra Sotum, Petr. Navarr. & alios probabiliter tenet Molina locis citatis, Spor. loc. cit. num. 69. Lessius, Tamburin. Dicastill. & alii plures, quia utitur jure suo, & licentia sibi à magistratu juste concessa ad divulgandum ulterius crimen, saltem in locis eidem reipublice subiectis, vel aliis vicinis, seu commercio conjunctis. Ideo enim publice damnantur rei, ut alii eorum exemplari condemnatione deterreantur; Quæ finalis ratio publicæ condemnationis habetur, nedum pro locis eidem reipublice subiectis, seu commercio conjunctis, sed etiam pro locis remotissimis, ut cum Lessio, Dicastill. advertunt Tamburin. *l. 9. Decemb. cap. 3. §. 2. num. 11. Spor. loc. cit. num. 69.*

29 Assero secundo. Crimen notorium notorietate facti alicubi, aliis ejusdem loci, seu viciniae id nondum scientibus manifestare, non est peccatum saltem mortale. *Sic communis Doctorum.* cum Scoto in *4. d. 15. quest. 4. art. 1. Lugo disp. 14. sect. 5. Navarr. cap. 28. num. 10. Cajetan. opusc. 15. responsionum, 9. Layman loc. cit. num. 8. Spor. loc. cit. num. 70. Molin. tract. 4. disp. 21. §. 32. & alii.* Et ratio est, quia criminosis censetur tunc spoliatus possessione famæ suæ, quando crimen adeo manifestum est, ut moraliter impossibile videatur, quin in aliorum cohabitantium notitiam deveniat; expedit enim ad bonum publicum, ut unusquisque ab aliis cognoscatur, qualis publice est, ne alii in ejus convictu, commercio, vel aliis actionibus humanis decipiantur; Unde recte observat Lessius *lib. 2. cap. 11. dub. 11. num. 75.* ex consuetudine totius orbis nunquam homines putare se injuriam facere, si publica crimina aliis referant; per quod satis innuitur crimen ita notorium aliis referre, non esse peccatum contra justitiam, sed neque contra charitatem, saltem mortale, per se loquendo, & prescindendo ab alio malo effectu, ut cum aliis notant Tamburin. *lib. 9. decalog. cap. 3. §. 2. num. 12. Spor. loc. cit. num. 70. Felix Potes-*

tas *tom. 1. part. 2. num. 2759.* & alii. Si enim id faciat ex aliquo malo affectu, & effectu, scilicet ex gravi odio, vindicta, vel novo damno illius proximi, est peccatum mortale; si fiat ex mera loquacitate, est veniale; & si fiat ex zelo bono, vel ad alium bonum finem, nullum est peccatum, ut ex communi testatur Spor. loc. cit. num. 70.

30 Assero tertio. Crimen notorium non absolute, sed respectivo, & limitate ad aliquem solum locum v. g. privatam communitatem, collegium, monasterium, familiam, & hujusmodi referre in alio loco, ad quem non erat de facili notitia perventura, est peccatum mortale contra justitiam; *Est fere communis cum Molina disp. 31. §. 32. Soto lib. 5. quest. 10. de just. art. 2. Layman loc. cit. n. 8. Tanner. tom. 3. disp. 4. de just. quest. 8. dub. 7. n. 142.* Et ratio est, quia licet criminosis sit diffamatus in loco commissi criminis, in alio tamen loco, ad quem non de facili est aliàs perventura talis notitia, retinet juste adhuc jus ad suam famam, adeoque tale crimen sic referens infert ei injuriam contra justitiam. Secus probabiliter est, quando crimen est notorium in aliquo loco, seu civitate simpliciter, & absolute, quia tunc potest sine ullo peccato, saltem gravi, referri in aliis locis remotis, vel literis eo scribi, si enim, ut observat Card. de Lugo *disp. 14. sect. 6. num. 81.* aliquis ex loco remoto huc veniret, & posset illi tale crimen narrari, sicut aliis, qui in hac Urbe commorantur, quamvis hic rediens ad suam patriam notitiam illam secus delaturus esset; cur ergo eidem in patria commoranti non poterit id ipsum per litteras scribi, vel ibidem eidem narrari, si quis ad ipsum illuc perveniret? Certe non magis fama leditur in uno casa, quam in altero; sola enim varietas loci non variat famæ læsionem, nec videtur diversam obligationem inducere. Nec id displicet Patrio Spor. *tom. 2. tract. 5. cap. 4. num. 71.* Attamen contraria opinio est communior & probabilior, ut patet ex ipso Spor. loc. cit. ubi dicit iuxta communem DD. sic tenere Sotum, Molinam, Petr. Navarr. Tannerum, & Layman.

31 Assero quarto. Qui occultum alicujus criminis se ab aliis audisse narrat, non peccat saltem mortaliter, si absque propria confirmatione, & proposito nocendi referat, vel tales circumstantiæ concurrant, ut credibile sit audientes non esse credituros, quia in tali casu abest periculum notabilis damni inferendi. *Est communis cum Scoto in 4. dist. 15. quest. 4. art. 1. Navarr. cap. 18. num. 36. §. 50. Layman loc. cit. num. 7. Reiffenstuel. r. 9. dist. 6. num. 92.* Si vero cum propria asseveratione, & confirmatione, iisque circumstantiis tale auditum crimen occultum narretur, ut narratio suo pondere fidem apud audientes mereatur, vel sinistras suspensionem generet, peccat contra justitiam cum onere restitutionis, quia in tali casu inferitur notabile damnum proximo. Sic mox citati Doctores, Molina *disp. 30. Lessius cit. cap. 11. dub. 5. & alii communiter.* Si autem in talis occulti criminis narratione tales circumstantiæ concurrant, ut narratio per se quidem fidem non mereatur; is vero qui narrat, animadvertat audientes, si non ex vi suæ narrationis, propria tamen levitate esse credituros, vel malam suspensionem concepturos, non peccat quidem contra justitiam, ut defendunt S. Antonin. *part. 2. tit. 2. cap. 2. §. 3. Cajetan. loc. cit. art. 2. Lessius loc. cit. cap. 11. dub. 6. Layman loc. cit. num. 6. Tamburin. lib. 9. decalog. cap. 3. §. 2. num. 5.* quia sic causa alterius male fidei non potest adscribi tali narranti, cum audientes non ex pondere talis narrationis nihil moventis, sed ex proprii animi levitate fidem adhibeant; qui enim *civ. credit,* iuxta illud Ecclesiastici cap. 19. *levit. est corde;* Peccat tamen contra charitatem graviter, vel levius justa qualitate materia; quia publici mali occasionem præbet sive respectu audientium, qui temere credendo scandalum patiuntur, sive respectu infamati, qui famæ suæ jacturam apud eosdem incurrit.

32 Assero quinto. Peccat mortaliter, cum obligatione restitutionis, qui infamatum jam emendatum de preterito, & jam oblioto crimine, denuo sine justa causa infamat. *Est fere communis cum Sanchez in decalog. lib. 6. cap. 18. num. 40. §. 60. Molina disputat. 33. num. 2. Lugo loc. cit. num. 85. & in respons. moral. lib. 4. dub. 46.*

Mendo *d. 1. à num. 220. Layman loc. cit. num. 8. Ovied. de clarit. contradi. 11. part. 10. §. 12. Tolet. lib. 5. cap. 65.* contra Lessium *duh. 13. in fine.* Et ratio est, quia sicuti malis majoribus infamia facti contrahitur, & bona fama amittitur, ita contrariis bonis majoribus infamia facti aboletur, & fama bona recuperatur; adeoque ea semel per emendationem recuperata apud homines prioris sceleris oblitus, injuriose spoliatur recensendo prius ejus crimen. Tum quia res illa, ut optime dicit Lugo *cap. 9. §. 84.* per oblivionem reducta omnino est ad eum statum, quem habebat, antequam esset publica, & fama iterum juste possidetur; ergo sicuti nunc publicari non poterat, sic nec postea poterit; Nam rem antea notoriam fuisse, facit quidem, quod tunc fuerit publica, sed non facit, quod nunc etiam publica sit; adeoque tunc vere est acta occulta, nec potest publicari sine gravi injuria, & obligatione restitutionis.

33 Assero sexto. Probabiliter mortaliter peccat, qui occultum alterius criminis sine justa causa manifestat uni, vel alteri viro prudenti, non ulterius divulgatur. Sic Sotus *lib. 4. quest. 6. art. 3. §. lib. 5. quest. 10. artic. 2. conclus. 4. Molina disputat. 29. num. 7. Less. loc. cit. dub. 11. Layman loc. cit. num. 6. Lugo disputat. 14. num. 51. La Croix lib. 3. part. 2. num. 1197. Spor. loc. cit. num. 63. Illung. tit. 4. d. 3. num. 105. & alii apud ipsos.* Ratio est, quia revera, & rationaliter plerique hanc famæ suæ jacturam magni æstimant, & graviter sentiunt, si de gravi scelere infamantur, etiamsi apud unum solum virum prudentem, & gravem non ulterius divulgaturum. Immo non pauci inveniuntur religiosi, clerici, subditi, alique, qui malent crimen suum occultum sciri à centum aliis, quam à Prelato, domino, vel benefactore, à quo multum dependent. Si quis autem solati, vel consilii tantum causa, & non intentione detrahendi, seu lædendi, alicui amico, vel consiliario taciturno narret injuriam ab alio sibi factam, seu grave crimen contra se commissum, non peccat mortaliter, etsi inde aliqua infamia proveniat auctori, ea enim est impetanda; & ratio est, quia humana conditio non patitur, ut quis gravem offensam recipiat, & non se doleat, vel querat solamen, seu consilium; & sic à mortali excusantur famulii, qui injurias sibi ab heris suis; uxores, quæ à maritis; filii, qui à patre; religiosi, qui à prelati; milites, qui ab officialibus illatas, doloris tantum mitigandi causa referunt. Trull. *d. 11. Less. d. 12. Molin. num. 5. Diana part. 2. tit. 5. resol. 32. Petr. Navarr. leg. 2. cap. 4. n. 346. Layman loc. cit. num. 6. Tanner. Busemb. & alii passim.*

34 Assero septimo. Defunctis detrahere, seu eorum gravia occulta crimina propalare est peccatum mortale ad restitutionem obligans. Molina *disp. 28. Lessius loc. cit. dub. 21. Bonac. d. 2. quest. 4. part. 2. tom. 2. de restit. in part. num. 2. Layman loc. cit. num. 13. Petr. Navarr. loc. cit. num. 351. Busembaum lib. 3. part. 2. num. 13. & alii communiter.* Et ratio est, quia tantum jus habent ad famam suam defuncti, quantum vivi, cum juxta communem existimationem censetur adhuc in sua fama vivere; Unde sicut illorum memoria capax est gloriose recordationis, ita & ignominiose detractionis; quod confirmat Scriptura Eccles. *7. Mortui non prohibeant gratiam.* Et sic si quis illos talis bona fama, & gloria injuste spoliat propalando aliquod occultum eorum grave crimen, ipsis detrahere censetur, & per hoc ad restitutionem obligatur. Hinc etiam historiographi contra justitiam peccant, si occulta mortuorum crimina pandant. Quo tamen ad mortuorum crimina publica, jam oblivione sepulta, seu sepelienda, vel uno, seu altero tantum loco cognita, plus historicis, quam aliis hominibus est concessum, ut ea scilicet ad perpetuam totius posteritatis cognitionem publicis scriptis diffundant, partim ad aliorum exemplum, ac terrorem, partim ad rerum gestarum notitiam conservandam. Molina *loc. cit. Sotus cit. q. 10. art. 2. & de secreto membr. 1. quest. 2. in fine, Layman loc. cit. num. 13. Valent. disputat. 5. quest. 17. part. 2. Sa verb. Infamare num. 4. & alii passim.* Peccant autem 35 historici describendo crimina mortuorum publica, & non referendo poenitentiam, vel emendationem, si respiciant. Busembaum *loc. cit. num. 9. & alii communiter.*

Resolves quarto, quod defectu justitiæ revelandi, crimen occultum revelare non est peccatum; Ad hoc enim ut detractio, seu revelatio criminis occulti alterius sit peccatum, requiritur potissimum injustitia revelandi, ut scilicet, fiat absque ulla justa causa necessitatis, vel utilitatis gravis præponderantis damno infamæ alterius. Cause autem justæ revelandi aliquid criminum verum occultum alterius sunt præsertim quatuor sequentes. Prima est bonum ipsius revelantis. Secunda est bonum audientium. Tertia est bonum ipsius delinquentis. Quarta est bonum communitatis, vel reipublice. Propter primam causam, scilicet propter bonum ipsius revelantis potest quis licite occultum crimen proximi, vel injuriam sibi factam revelare viro prudenti, & gravi, ut consilium, vel auxilium, seu etiam in sua afflictione solatium, & sublevamen capiat, secluso alio maligno affectu detrahendi, seu lædendi. *Est communis;* Dummodo tamen pro quanto est sibi possibile, cum minimo alterius damno fiat, ita ut si sufficiat unus ad consilium, seu solamen, non manifestetur pluribus; & si possit capi non nominata persona, non nominetur. Sic recte limitant Layman *loc. cit. num. 5. Lessius loc. cit. cap. 11. dub. 12. Busemb. loc. cit. num. 5. Spor. loc. cit. num. 75. & alii.* Sic à fortiori ad evadendam mortem, vel gravia tormentata, ob crimen occultum alterius sibi falso impositum, potest quis licite manifestare crimen occultum alterius verum, extra sigillum Confessionis. Sacramentalis cognitum; *Est communis.* Nullimode autem licet crimen falsum imponere proximo innocenti; ut patet ex propositionibus damnatis ab Innocentio XI. relatis supra *tab. n. 10.* Ita etiam ut quis officium, vel beneficium sibi, vel suis dignis assequatur, non est illicitum, saltem sub gravi, competitoris non dignioris vitium occultum, quo ad tale officium, vel beneficium inhabilitior redditur, Collatori aperire; Navarr. *in cap. Inter verba num. 854. Sa verb. Infamare; Tolet. lib. 5. cap. 65. Spor. loc. cit. n. 76. & alii.*

Propter secundam causam, scilicet propter bonum audientium potest quis licite proximi occulta crimina, & incognitos defectus revelare ad audientium instructionem, informationem, & cautelam, ut sic à multis malis, damnis, & incommodis liberentur, cavendo ab occultis criminosis, vel in sua professione imperitis, quos undequaque justos, & solos peritos in sua respective professione ante talem revelationem, seu manifestationem judicabant; Sic enim potest occultus fur, seu infidus servus manifestari illi, cum quibus solet frequentare, & inhabitare, & à quibus petitur pro servitio hoc solo sine, ut à suis caveant latrocinis, seu domesticis furtis; sic occultus homicida potest indicari, ut innocens eo crimine accusatus liberetur; sic imperitus Advocatus, Medicus, Confessarius, Artifex, &c. & hujusmodi potest ad cautelam manifestari illi, quibus damnum notabile inferri potest ex eorum imperitia; dummodo tamen semper in similibus absit quilibet malignus affectus, & finis nocendi, sed solum intendatur præcautio bonorum, & innocentium à consortio, & infectione malorum, & respective nocentium occultorum, juxta illud Luce *12. Attendite à fermento Pharisæorum,* & Matth. *5. Nisi abundaverit justitia vestra plusquam Scribarum, & Pharisæorum, non intrabitis in regnum caelorum;* Item Matth. *23. & alibi late manifestat eorum vitia ad audientium cautelam, & instructionem, ut ab ipsis caveant.* Sic passim Doctores; Adrianus *in 4. ubi de restit. fame. Sotus lib. 4. q. 10. art. 2. Navarr. cap. 18. num. 31. Molina disputat. 35. Less. loc. cit. dub. 9. Layman loc. cit. num. 5. Spor. loc. cit. num. 79. & alii.*

Propter tertiam causam, scilicet propter bonum ipsius delinquentis potest quis manifestare superiori defectus occultos subditi, ut sic corrigatur, & emendetur; ita potest quis manifestare crimen occultum filiorum parentibus, vel famulorum heris in ordine ad correctionem; Sic uxor marito, vel maritus uxori manifestare potest, & sæpe debet occulta crimina filiorum, vel famulorum, ut sic corrigantur, & emendantur. Immo interdum expedit in presentia ipsius criminosis coram aliis amicis fidelibus, & charitativis, seu aliis conjunctis ejus crimi-

na revelare, ut communi omnium adhortatione saltem rubore confusus ad emendationem compellatur. Et ratio est, quia multo magis salus, & bonum spirituale ipsius criminosis preferendum est ejus fame, quando sine hujus aliqua lesione procurari commode non potest. *Est communis cum Trull. tit. 2. l. 7. c. 10. d. 11. Sporet loc. cit. num. 80. Marchant. tract. 9. tit. 4. quest. 4. regul. Busemb. loc. cit. num. 5.*

52 Propter quartam causam, scilicet propter bonum commune reipublice, vel communitatis, potest quis licite revelare occultum crimen, vel incognitum defectum alterius, quoties ita necesse est ad impediendum majus damnum reipublice, vel communitatis. Immo quandoque tenetur ex charitate tale occultum crimen aperire, ut est si quis molitur prodicionem reipublice, heresim, homicidia, furta, & hujusmodi, quae aliter impediri non possunt, quam per revelationem factam iis, quorum interest; Sic si homo improbus, & non idoneus Juventuti sit preferendus in magistrum, animabus in parochiam, corporibus in medicum, cum saepe detractores ex corde magis irascuntur ad detractiones confirmandas, vel ipsas augendas, seu ad convitia, & contumelias evomendas contra correctorem; tunc, inquam, volunt communiter Doctores teneri adhaec auditores, quantum commode fieri potest corrigere, impedire saltem indirecte, vel discedendo, vel alio sermone divertendo, vel tacendo, & vultum tristem ostendendo, nam, ut dicitur Prov. 25. num. 23. *Ventus Aquilo dissipat pluviam, & facies tristes linguam detrahentem*, & ideo consulti Ecclesiasticus cap. 18. num. 28. ut in similibus casibus claudantur spinis aures audientis. *Sepi aures tuas spinis*, quia ut optime explicat Ugo Cardinalis in *Prologo cap. 23. Ostensio tristes vultus spina est, qua pungitur lingua detractrix.*

53 Detrahentes voluntarie, & sine causa audire, & cum facile potest, non impedire, est peccatum mortale. *Est communis, & colligitur ex Proverb. 4. ubi expresse praecipitur; Remove a te os pravum; & detrahentia labia sint procul a te.* Hoc malum enim, dicit S. Hieronymus *epist. 19. ad Celant. ideo celebre est, ideoque in multis ferat, quia pene ab omnibus auditur, ut dicit auditor, dicit & murmuratur*; Quia tamen potest quis esse auditor detractoris tripliciter, scilicet inducendo, approbando, & non impediendo, ideo dico primo, quod audiens detrahentem coram aliis inducendo, provocando, adjuvando, approbando, & non impediendo, seu alio modo positive cooperans ad detractionem faciendam peccat mortaliter contra justitiam, & ad restitutionem obligatur respectu infamati, quia positive ad illius damnationem cooperatur, & peccat mortaliter peccato scandalii contra charitatem respectu detrahentis, quem positive ad peccatum inducit, vel confirmat. *Est communis, & per hoc S. Bernardus l. 2. de considerat. ad Eugenium c. 13. scripsit: Detrahente, vel detrahentem audire, utrum horum detestabilius sit, non facile dixerim.* Immo S. Joann. Chrys. *Homil. de Davide* expresse dicit, *collaudare delinquentes plus est, quam delinquere; & in specie de audiente, & collaudante, seu applaudente, & provocante detractores sic praecise dicit meus S. Bernardus Senens. tom. 7. serm. 23. art. 3. c. 1. Talis plerumque amplius peccat, quam detractor, quantum ex majori iniquitate, vel malignitate procedit.* Dico secundo, quod audiens detrahentem non inducendo, sed solum consentiendo, & complacendo in detractione, peccat mortaliter tantum contra charitatem, sed non contra justitiam, adeoque ad nullam restitutionem obligatur. Et ratio est, quia consentire, complacere, letari malo alterius absque ulla positiva externa cooperatione ad illud malum, charitatis tantum, non autem justitiae adversatur; *Est communis, & quod sit peccatum mortale colligitur ex Apostolo ad Rom. 1. Quoniam qui talia agunt, digni rati morte, & non solum, qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus;* & Divus Bernardus de triplici Custodia linguae expresse dicit: *Detractor, & libens auditor, uterque diabolus portat in lingua.* Si tamen quis delectaretur praecise de lepiditate, gratia, dexteritate, aut exaggeratione detractoris, non esset inde culpandus peccati gravis, licet posset mortaliter peccare, eo quod detractori non impediret, si posset, ut mox subiungitur. Dico

54 auditor, dicit & murmuratur; Quia tamen potest quis esse auditor detractoris tripliciter, scilicet inducendo, approbando, & non impediendo, ideo dico primo, quod audiens detrahentem coram aliis inducendo, provocando, adjuvando, approbando, & non impediendo, seu alio modo positive cooperans ad detractionem faciendam peccat mortaliter contra justitiam, & ad restitutionem obligatur respectu infamati, quia positive ad illius damnationem cooperatur, & peccat mortaliter peccato scandalii contra charitatem respectu detrahentis, quem positive ad peccatum inducit, vel confirmat. *Est communis, & per hoc S. Bernardus l. 2. de considerat. ad Eugenium c. 13. scripsit: Detrahente, vel detrahentem audire, utrum horum detestabilius sit, non facile dixerim.* Immo S. Joann. Chrys. *Homil. de Davide* expresse dicit, *collaudare delinquentes plus est, quam delinquere; & in specie de audiente, & collaudante, seu applaudente, & provocante detractores sic praecise dicit meus S. Bernardus Senens. tom. 7. serm. 23. art. 3. c. 1. Talis plerumque amplius peccat, quam detractor, quantum ex majori iniquitate, vel malignitate procedit.* Dico secundo, quod audiens detrahentem non inducendo, sed solum consentiendo, & complacendo in detractione, peccat mortaliter tantum contra charitatem, sed non contra justitiam, adeoque ad nullam restitutionem obligatur. Et ratio est, quia consentire, complacere, letari malo alterius absque ulla positiva externa cooperatione ad illud malum, charitatis tantum, non autem justitiae adversatur; *Est communis, & quod sit peccatum mortale colligitur ex Apostolo ad Rom. 1. Quoniam qui talia agunt, digni rati morte, & non solum, qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus;* & Divus Bernardus de triplici Custodia linguae expresse dicit: *Detractor, & libens auditor, uterque diabolus portat in lingua.* Si tamen quis delectaretur praecise de lepiditate, gratia, dexteritate, aut exaggeratione detractoris, non esset inde culpandus peccati gravis, licet posset mortaliter peccare, eo quod detractori non impediret, si posset, ut mox subiungitur. Dico

55 tertio, quod audiens detrahentem non ipsum inducendo, nec ei consentiendo; sed tamen illud non impediendo quando facile, & commode potest, peccat etiam mortaliter contra charitatem ex duplici respectu, scilicet, &

56

57

58

respectu ipsius infamantis non impediendo ejus peccatum, & ruinam spiritualem, cum possit fratrem corrigendo, & respectu infamati, & non impediendo ejus damnationem fame; colligitur ex c. Error 3. dist. 83. ibi: *Error, cui non resistitur, approbatur, & veritas, cum minime defendatur, opprimitur; negligere quippe cum possit perturbare pervertor, nihil aliud est quam fovere; Neque caret reipublico societatis occulte, qui manifesti facinorosi desinit obviare, & expresse docet S. Bonaventura in specul. anim. cap. 1. sic dicens, Ad detractionem spectat bonum proximi tuere, quod quidem mortale est, cum videt aliquis injuste famam proximi deperire; & sic etiam S. Thom. 2. 2. quest. 73. art. 4. Dicendum est ergo, quod si aliquis detractionem audiat absque resistentione, videtur detractori consentire, unde sit particeps peccati ejus; Est est communis tententia Doctorum, (leg. 48. tit. 5. p. 1. l. 2. tit. 13. p. 2.) qui insuper volunt, quod si interdum non expediat auditorem impedire detractorem per directam correctionem; ut si persona non sit idonea ad corrigendum, si nullus fructus speretur, immo gravius malum timeatur, cum saepe detractores ex correctione eo magis irascuntur ad detractiones confirmandas, vel ipsas augendas, seu ad convitia, & contumelias evomendas contra correctorem; tunc, inquam, volunt communiter Doctores teneri adhaec auditores, quantum commode fieri potest corrigere, impedire saltem indirecte, vel discedendo, vel alio sermone divertendo, vel tacendo, & vultum tristem ostendendo, nam, ut dicitur Prov. 25. num. 23. *Ventus Aquilo dissipat pluviam, & facies tristes linguam detrahentem*, & ideo consulti Ecclesiasticus cap. 18. num. 28. ut in similibus casibus claudantur spinis aures audientis. *Sepi aures tuas spinis*, quia ut optime explicat Ugo Cardinalis in *Prologo cap. 23. Ostensio tristes vultus spina est, qua pungitur lingua detractrix.**

58 Si ipsum infamare sine rationabili causa, est peccatum; Veniale tamen, ubi nullum aliud intervenit detrimentum. *Est communis.* Prima pars patet ex cap. 41. *Becclesiastici* ubi praecipitur cura habenda de bono nomine, ibi: *Cum autem habe de bono nomine, hoc enim magis permanebit tibi, quam mille thesauri pretiosi, & magni, & Proverb. 22. commendatur bonum nomen super omnes divitias; Melius est nomen bonum, quam divitiae multae.* Unde & Poeta canit: *Omnia tu perlas, famam servare memento*; adeoque si fama ex sacra scriptura debet esse homini magis cara, quam omnes divitiae, sicuti illas prodigere est peccatum, ita & illam. Secunda pars est clara, quia homo est dominus sui fame, quippe quam propriis virtutum acibus comparavit; eam dispendio nemini injuriam facit; adeoque est tantum veniale vitium prodigalitatis. Quando quis tamen se infamat in iis circumstantiis, in quibus graviter nocet communitati, familiae, proximo, etiam vitae suae, peccat mortaliter, sicut de facto peccat Religiosus, Paterfamilias, seu Rector aliquid Communitatis se ipsum ita infamans, ut inde redundet gravis infamia in familiam, aut communitatem; *Est communis sima.* Et ratio, est, quia licet sit quis dominus fame suae, non tamen potest illam dissipare cum detrimento boni publici, fame alterius, aut vitae propriae, cum in istis nullum habeat dominium; adeoque hoc. Hinc cap. *Sunt audiendi 54. cons. 11. quest. 3. ex verbis S. Augustini* sic cavetur: *Quisquis de criminibus flagitiorum, atque facinororum vitam suam custodit, sibi bene refecit, quisquis autem etiam famam, in alio misericors; Nobis enim necessaria est vita nostra honoris alia, alia nostra.* Et S. Gregorius cap. 9. in *Execub.* sic praecise habet: *Hi quorum vita, in exemplo imitationis est positae, debent, si possunt, detrahentium sibi verba compescere.* (Vide leg. 53. tit. 5. p. 1. praecipue veri. Ca. sex. omnes.)

59

60

61

62

63

64

ARTICULUS II.

Quoad obligationem restitutionis fame, & quoad causas excusantes a tali restitutione.

SUMMARIUM.

- 1 Quis crimen factum alicui scienter imposuit, tenetur dictum suum retractare, etiam sub juramento, & adhibendo testes, si ita res exigit.
- 2 Si auditores nullam habentis probabilem rationem renuant credere detractori se retractanti cum juramento, & testibus, tunc detractor ad nihil amplius obligatur.
- 3 Qui crimen alicuius verum, sed occultum injuste prodidit licet non teneatur retractare suum dictum, ne mentiar, tenetur tamen alio modo suere compensationem, quatenus potest sine mendacio: quid, dum sub secreto revelavit, ad quid haec detractoris, ad num. 13.
- 4 Quae causa excuset a fama restitutione, ad num. 23.

65 Qui falsum crimen alicui scienter imposuit, necesse est, ut restituat famam retractando dictum suum, asserendo se deceptum fuisse; sed re melius considerata compescere errorem, vel falsum dixisse, etiam adhibendo juramentum, & testes, si necessitas urgeat, eo quia auditores nolunt sine juramento, vel testibus credere. Cajetanus 2. 2. quest. 62. art. 2. Sotus *Just. lib. 4. q. 6. art. 3. Navarrus cap. 18. num. 45. Petrus Navarra lib. 2. de restit. cap. 4. num. 137. Turrian. 2. 2. tom. 2. dist. putat. 54. dub. 1. num. 9. Salonius de just. tom. 1. quest. 62. art. 2. contrav. 13. Tannerus 2. 2. disputat. 4. quest. 61. dub. 6. num. 14. Lessius lib. 2. cap. 11. dub. 20. & alii, & in specie quoad onus adhibendi testes docet Molina tom. 1. disputat. 41. Joannes de la Cruz in *Directorio part. 7. proposit. 7. art. 2. dub. 5. Sotus, Aragonius, & Lessius, Salonius locis citatis, & alii.* Et ratio est, quia qui sic injuste alterum laesit, tenetur ad aequalitatem consentiendum, etiam cum aliquo suo incommodo adhibere omnem modum, & medium licitum requisitum ad ipsam ponendam; sed juramentum adhibere ad firmandum se falsum in detractione dixisse, & etiam testes ad roborandum, est medium omnino licitum, cum ex una parte juramentum sit verum, & urgeat necessitas, cum supponatur auditoris nolle sine juramento, vel testibus credere tali retractationi, ergo &c. Si auditores nullam habentes probabilem rationem, nolint, & renuant detractori se retractanti, cum juramento, & testibus, fidem adhibere, tunc detractor ad nihil amplius obligatur, quia non amplius censetur auctus talis pravae opinionis, sed perversitates eorumdem auditorem. *Est communis Doctorum.**

66 Qui criminaliter verum, sed occultum injuste prodidit, licet non teneatur retractare suum dictum, asserendo se falsum dixisse, quia hoc faciendo mentitur, tenetur tamen alio modo suere restitutionem, quatenus potest sine mendatio, dicendo se male, & fatue dixisse, injuriam intulisse, deceptum fuisse, & hujusmodi. Haec enim vera sunt, nam talis male, & fatue dixit, & vere injuriam intulit, & cum omne peccatum sit quoddam deceptio, vere deceptus est, quando proximum injuste de occulto crimine infamavit. *Est communis cum S. Thoma 2. 2. quest. 62. art. 2. ad 2. & Scoto in 4. dist. 15. quest. 4. art. 1. Vel si talis loquendi formula praevideatur ineficax parum, vel nihil profutura pro restituenda aliena fama, tenebitur in tali casu infamato aliam aequivalentem famae compensationem facere, cum ob alias ejus dotes laudando, & honorificè de eo loquendo, quotiescumque se occasio praeberit; Sic etiam sensim ex antea parè intundem famam ejus illustrare poterit, quantum ex altera obscuravit; Sic Scotus lib. 4. de just. quest. 61. art. 3. ad 4. Cajetan. quest. 62. art. 2. & quest. 73. art. 3. Navarrus cap. 18. numer. 45. Lessius loc. cit. num. 1. Layman lib. 3. de just. r. 3. p. 2. cap. 7. num. 2. & alii. Si detractor revelavit alterius crimen aliquibus sub secreto, vel probabiliter credens ipsos*

67

68

69

70

71

72

rem alias non esse manifesturos, cum sint timorata conscientiae, & nota probitatis, sufficit, quod restituit famam apud suos immediatos auditores tantum. Si vero revelavit non sub secreto, neque sub tali probabilitate, tenetur restituere famam, & apud suos immediatos auditores, & apud alios mediatos, ad quod criminis infamia pervenit. Et ratio est, quia in primo sensu infamia per auditores immediatos detractoris irrogata per manifestationem criminis alii factam, est omnino praeter intentionem, & fortuita respectu primi detractoris. In secundo autem sensu detractor sua manifestatione censetur causa efficax infamiae apud omnes; Diana p. 3. resol. 34. in fin. Villalobus in *summa tom. 2. tract. 11. diff. cult. 37. Lessius loc. cit. num. 111. Petrus Navarra lib. 2. cap. 4. num. 443. Rosignol de restit. 2. praenot. 1. n. 6. Dicastill. de restit. dist. 2. dub. 6. d. num. 168. Lugo disput. 15. sect. 2. num. 15. Sporet loc. cit. num. 101. Tambur. & alii passim.*

73 Si ex infamia, quam alteri causavit detractor, sive falsum crimen narrando, sive occultum prodendo, ortum est ipsi etiam damnus fortunarum, ut si privatus est officio, excidit a pe. divitiis, seu nobilibus matronis, amissit dotem &c. tunc debet integram compensationem facere praedictis viri arbitrio. *Est communis cum Navarro cap. 28. num. 45. Lessius loc. cit. dub. 19. Layman loc. cit. num. 4.*

74 Si ipse detractor non satisfecerit vivus laeso in bonis fortunae, tenetur satisfacere ipsius haeredes, sive ipsi laeso, seu damnificato; si adhuc vivat, sive ejus haeredibus, si fuerit mortuus. Et ratio prima partis est, quia haec obligatio compensationis, quoad damna temporaria non est mere personalis, sed afficit bona detractoris, quae cum tali onere transunt ad successores, & sicuti tenentur haeredes ex bonis testatoris damnus compensationem, quod idem testator intulit. Comparando ergo injuste dominum alterius, ita tenetur hic. Ratio secunda partis est, quia haeredes in ordine ad bona induunt ipsam personam defuncti, ejusque jura acquirunt in ordine ad hereditatem, haec enim jura sunt veluti pars hereditatis. Ita Navarra in *Manual. cap. 18. num. 45. Adrian. quodlib. 1. Lessius loc. cit. dub. 21. num. 113. Layman loc. cit. num. 4. Busemb. loc. cit. num. 4. & alii.* Non tenentur tamen haeredes infamatoris ad restitutionem fame, si iam ipse non restituat, quia haec obligatio est mere personalis, neque infamatoris personam transgreditur, unde solummodo afficit, vel respicit bona, in quibus haeredes succedunt, adeoque &c. *Lessius loc. cit. dub. 21. num. 113. Layman loc. cit. num. 4. Petrus Navarra loc. cit. numer. 246. Busemb. loc. cit. num. 4. & alii.* Tenetur autem ipse detractor, si supervixerit ei, qui detraxit, famam ipsi restituere, quamvis defuncto, cui fama est honoris, quod homo etiam post mortem communi existimatione censetur possidere, per hanc enim vivit, quodammodo in memoria hominum, & per hoc Eccles. 7. dicitur: *Mortui ne prohibeas gratiam*, unde qui aliquem viventem graviter infamavit, debet ei quamvis mortuo famam restituere, sicuti tenetur defuncto famam restituere; qui ei jam defuncto detraxit, ut patet *art. antecedenti num. 39. Lessius loc. cit. dub. 21. num. 114. Layman loc. cit. num. 10. Molini. cit. disput. 28. Petrus Navarra loc. cit. 371. & alii communiter. (Vide add. hisp. novis postea. 5. verb. Damnificatio; ver. 1. Quoddam, num. 1.)*

75 Qui aliquem infamavit plane inadvertenter, & sine culpa, putans rem, & se narratam esse publicam, cum esset occulta, vel esse veram, cum esset falsa, tamen illud postea cognoscens tenetur ex justitia restituere famam, si possit absque suo gravi incommodo. Sic Molina tom. 5. disp. 40. num. 3. Lugo disp. 15. num. 4. Lessius loc. cit. num. 11. dub. 22. Sporet loc. cit. num. 86. La Croix l. c. num. 243. & alii communiter contra paucos, volentes esse obligationem tantum ex charitate. Et ratio est, quia justitia non solum obligat, ne quis det causam injuriam proximi, sed etiam obligat, ut illam causam damnosam forte, quoquo modo à se positam, postea auferat, ideoque quicumque causam posuit, unde postea intelligit alteri damnus injuriam orturum, is ex justitia obligatur causam à se positam tollere, si

76

77

78

79

80

adine utiliter, & sine suo gravi incommodo possit; aliter si causam a se positam, cum facile possit, non removeat, censetur adhuc; & de novo velle effectum, & damnum illud, quod ex causa posita oritur prospicit; Si enim v. g. per omnimodam inadvertentiam, & inculpate alicui venenum quis propinavit, & hunc inculpabilem errorem cognoscit adhuc in tempore, quo mors impediti possit, tenetur utique is sub mortali impedire, si absque suo gravi incommodo possit, & hoc ex justitia, quia saltem materialiter causam mortis posuit, (ex charitate enim, ut recte observat meus Sporer loc. cit. teneatur quilibet alius facile talem mortem impedire potens, qui nullam possidet causam.) Sic a pari in nostro casu qui inadvertenter & inculpabiliter dedit causam injuste infamiae narrando crimen proximi occultum, quod putabat publicum, seu falsum, quod putabat verum, postea tali errore cognito, & damno proximi, tenetur ex justitia eam causam tollere, & famam reparare, si possit absque suo gravi incommodo, quia ex illo tunc perduratio talis infamiae jam fieret ipsi voluntarie, & consequenter injusta, & moraliter ipsi imputabilis. Non obligatur autem talis materialis detractor ad compensanda, seu reparanda damna secuta ante cognitum suum errorem, adhuc ipso in bona fide persistente, quia pro illis in nulla culpa fuit, quamdiu errorem suum non advertit; Sic ex communi Lugo loc. cit. num. 5. Sporer loc. cit. num. 86. La Croix loc. cit. num. 1244. Sunt tamen reparanda, seu compensanda damna illa, quae sequuntur ex dilata culpabiliter restitutione famae, quia ex illo tunc jam taliter detractor de materiali, evadit formalis detractor, & incipit esse in gravi culpa contra justitiam, cum negligit culpabiliter impedire infamiam proximi, & damna inde sequentia, & tenetur ex justitia, sicuti jam fuit abunde probatum. Ita ex communi DeForesti mox citati. Sic etiam qui de Cajo revelans grave crimen, advertit audientes per errorem intelligere de Titio, tenetur ex justitia restituere Titio, quia revera ex tali revelatione occasionaliter saltem sequitur iste error audientium, & consequenter infamia Titii apud audientes. Molina loc. cit. num. 2. Lugo loc. cit. num. 6. Sporer loc. cit. num. 87. La Croix loc. cit. num. 1245. contra Lesium loc. cit. n. 119. qui dicit teneri tantum ex charitate auferre errorem audientium.

14 Cause excusantes a restitutione famae variae a Doctoribus assignantur, praecipuae tamen sunt sequentes. Prima causa est spontanea condonatio, facta ab eo, cujus infamia non redundat in alios, quilibet enim est dominus propriae famae, adeoque si infamatio ipsum solum tangat, nec redundet in alios, potest cedere juri restitutionis famae, ejusque obligationem alteri condonare, praesertim propter Deum, aut alium honestum finem. Secunda est, si ex cupidissima oblatione, seu detractione proximo nullam secutum est damnum famae vel honoris, quatenus auditores prudentes non crediderunt, ex quo detractor nullus erat fides, utpote solitus mentiri, & detrahere; vel quia illi, apud quos detrahit, jam sciebant crimen illud, vel saltem jam sciebant similia, & forsitan pejora, ita ut infamia non fuerit aucta; & ratio est clara, quia quod re ipsa ablatum non est, hoc ipso restitui non debet. Tertia est compensatio, ut si ab eo, quem infamasti, pari modo sis infamatus, & istibi famam restituere nolit, quia tunc uteris justa compensatione, si infamia non redundet in alios. Quarta est, si id, quod contra bonam famam alterius quis locutus est, jam in oblivione abiisse prudenter existimatur, quia in tali casu censetur damnum illatum omnino evanuisse, & probabiliter esset, memoriam delicti tali restitutione renovare. Quinta est, si fama ablata jam fuit recuperata per aliam, ut per testimonium gravium virorum fide dignorum, vel per exemplaris vitae probitatem, vel per alium consimilem modum. Sexta est, si crimen occultum, quod quis aliquibus revelavit, alia ratione fiat publicum; tunc enim amittit jus restitutionis. Septima est, si bona fide quis permissus esse verum, & publicum, narravit aliquid, & proximum diffamavit, nec possit sine propria infamia, vel magno damno fortunarium restituere, tunc excusatur a restitutione. Octava est, si restitutio famae non possit fieri

si sine periculo vitae; quia generatim nemo tenetur restituere bona ordinis inferioris cum detrimento bonorum ordinis superioris; vita autem est bonum altioris, & superioris ordinis quam sit fama. Non est, si non possit quis facere restitutionem famae alteri, nisi cum jactura propriae famae; quae sit longe majoris momenti; Sic Prae-latus non tenetur restituere famam personae villi, nec vir valde illustris plebejo, sed sufficit si illum laudet in eo genere virtutis, ubi sine infamavit, vel alio meliori modo commendat; Et ratio est, quia persona villi, seu plebeja nequit cum ratione exigere, ut talis Prae-latus, vel vir valde illustris, republicae adeo utilis, suam famam tantum momenti amittat pro restituenda sibi ablata, quae sit parvi, seu nullius momenti. Decima est, si fama restitutio facta sit impossibilis, cum ad impossibile nemo tenetur. (Etiam si vii. 6. part. 7. de infamibus agatur; ibique omnia circa hanc materiam sigillatim porrectantur; cum in presenti exhibentur casus, maculam animae contrahentes, praetermittitur declaratio eorum quae dicto tit. 6. praecipitur; verb. Infamia, inserentur.)

DIACONATUS. Vide verb. Ordo art. 1. n. 43. 44. 45.

DIACONUS.

1 Diaconi Orientalis Ecclesiae, qui ordinati fuerint in statu coelibis, non possunt matrimonium contrahere. Benedictus XIV. Tom. I. constit. 129. incip. Eo quavis tempore §. 36. & 37. Et si quod contraxerint, non solum illicitum est, sed etiam nullum. Idem ibid. §. 38. & 39.

2 Diaconi apud Coptos ordinati in infantili aetate, postquam ordinationem suam ratam habuerint, matrimonium inire nequeunt. Idem ibidem §. 40. Etiam post ejuratum schisma. Idem ibid. §. 41. Si in schismate degentes Ordinationem ratam habuerint, deindeque matrimonium contraxerint, a reductibus ad ecclesiam indulgenda sit dispensatio, ut uxores valeant retinere, quavis exempla hujusmodi dispensationis afferat Pontifex haeret, & ut firmo pede, ut ait, deliberare possit, certiorari a Missionariis expecte de pluribus, quae assignat. Idem ibid. §. 347. ad 54.

3 (Ut aliquis circa num. 24. & 25. declarat. innotescat, cum sit obiectum in quantum vires patiuntur, determinationes hispanicas adnotandi, quae subnectuntur post n. 67. pag. 146. colum. 11. verb. Apostasia, verb. Ferece, recognoscantur. Vide pag. 72. in add. novis. hisp. verb. Etas, verb. Per. legess. Pag. 140. verb. Annus Prohibitionis, col. 2. verb. Conciliaribus: Pag. 195. col. 1. verb. Approbatio, verb. Tempore: in fine.)

4 DIETA. Vide verb. Benedictio, art. 5. num. 10.

5 DIFFAMATIO. Vide verb. Detractio, part. 1. num. 99.

6 DIGNITAS. Vide verb. Beneficium, art. 1. num. 26.

7 DILAPIDATIO. Vide verb. Poena, art. 2. d. num. 93. ad 96.

8 DILECTIO. Vide verb. Virtus d. num. 34. ad 87.

9 DIMISSORLE, seu DIMISSORIALES. Vide verb. Ordo, art. 3. d. num. 36. usque in finem.

10 DISCORDIA. Vide verb. Virtus, num. 84.

DISEMEMBRATIO.

SUMMARIUM.

1 DISEMEMBRATIO est quaedam species alienationis.

2 Probatur effectivata ex provisionibus secutis, & lapsu triginta annorum.

3 Ut dismembratio dicatur effectivata, requiritur quod saltem fuerit capta possessio.

4 Dismembratio enim dicitur effectivata per possessionis ademptionem, & fructuum perceptionem.

5 Non censetur autem effectivata, ubi constat, quod ecclesiae continet in possessione suorum responsionum.

6 In ecclesie dismembratione observantia subsecuta optime-

me declarat, quidquid fuerit praecedenter actum.

7 Dismembratio, cum sit species alienationis, requirit omnes solemnitates requisitas in alienatione rerum ecclesiarum.

8 Aliis ex defectu solemnitatum est nulla.

9 Et sic, ut sustineatur, requiritur necessitas causae, & evidens ecclesiae utilitas.

10 Et hoc maxime pro dismembratione ecclesiae parochialis, in qua requiruntur copulative solemnitates, & justa causa.

11 Qua causa, & solemnitas ad dismembrationem necessaria, ad num. 20.

12 Qua sunt reservanda, & quibus in simili actione non debet praesudicium evenire, ad num. 29.

13 Additiones ex aliena manu, ad num. 43.

14 DISEMEMBRATIO est quaedam species alienationis; Rota part. 7. recent. dec. 68. num. 1. part. 10. dec. 90. sub num. 8. Probatur effectivata ex provisionibus secutis; Rota part. 6. dec. 139. num. 5. Et ex lapsu 30. annorum. Rota part. 6. dec. 275. num. 24. Ut dismembratio dicatur effectivata, requiritur quod saltem fuerit capta possessio; Rota part. 4. tom. 2. dec. 446. num. 22. Dicitur enim effectivata dismembratio, & applicatio per possessionis ademptionem, & fructuum perceptionem; Rota part. 4. tom. 3. dec. 648. numer. 10. Cum non censetur effectivata, ubi constat, quod ecclesiae continet in possessione suorum responsionum. Rota part. 3. dec. 222. num. 5. In ecclesie enim dismembratione observantia subsecuta optime declarat quidquid fuerit praecedenter actum; Rota part. 4. tom. 1. dec. 497. numer. 5. & part. 17. dec. 351. num. 10.

15 Dismembratio, cum sit species alienationis, requirit omnes solemnitates requisitas in alienatione rerum ecclesiarum; Rota part. 1. dec. 239. num. 1. part. 2. dec. 228. num. 4. & dec. 348. num. 2. 5. Alias ex defectu solemnitatum est nulla; Rota part. 10. 2. dec. 224. num. 9. Et sic ut sustineatur, requiritur necessitas causae, & evidens ecclesiae utilitas. Rota part. 4. dec. 68. num. 15. & part. 10. dec. 124. num. 4. Et hoc maxime pro dismembratione ecclesiae parochialis; Rota part. 19. tom. 2. dec. 578. num. 1. & 7. solemnitas, & justa causa copulative requiruntur; Rota part. 7. dec. num. 9. Alias sine causa legitima, & solemnitatibus dismembratio non subsistit; Rota part. 13. dec. 29. num. 1. Etiam si agatur pro reparandis Seminariis indigentibus, quia licet possint dismembrari pro seminariis beneficia simplicia, beneficia tamen curata a Concilio Tridentino sess. 25. cap. 16. reform. omnino dismembrari prohibentur, ut advertit Gonzal. ad Regul. 8. Gloss. 5. §. 7. num. 63. & 64. Rota part. 13. dec. 29. num. 4. Item in Parochialis dismembratione requiritur vocatio Rectoris, vel ea vacante Defensor ab Episcopo deputandus, & citatio parochianorum, aliorumque, quorum interest; cap. 1. de rebus eccles. non alienand. in 6. cap. 1. Ne sede vacante; Rota part. 13. dec. 165. num. 9. & seq. Barbosa de offic. & potent. Episc. part. 3. alleg. 67. num. 17. cum pluribus ibi citatis; Et etiam Patronorum; Rota part. 7. dec. 6. num. 4.

16 Si Rector vocatus noluerit consentire, potest Episcopus eo invito (si subsit justa causa) procedere ad talem dismembrationem; Barbosa loc. cit. num. 20. Garzias de benef. part. 12. cap. 4. num. 9. Pax Jordan. lucubrat. tom. 2. lib. 10. tit. 31. num. 6. Monacell. part. 1. tit. 2. form. 13. n. 3. Rota part. 17. dec. 204. num. 2. & seq.

17 Justa causa dismembrationis est, ut evitetur periculum animarum, quod solet oriri ob distantiam, & incommoditatem itineris ratione cuius nec parochiani praesertim tempore hiemali possunt accedere ad ecclesiam parochialem pro divinis sine periculo, aut magno incommodo, nec Parochus ad illos occasione infirmitatis pro administratione sacramentorum; quibus circumstantiis vere concurrentibus, Episcopus auctoritate sibi attributa a Concil. Trident. sess. 21. cap. 4. de reform. innovante dispositionem cap. Ad audientiam, de eccles. edificand. potest ad dismembrationem procedere, & novam parochiam erigere. Loter. de re benef. lib. 1. cap. 82. num. 2. & seq. Nicol. in floscul. verb. Parochus num. 2. Monacell. loc. cit. num. 2. Rota part. 1. dec. 484. num. 3. part. 10. dec. 224. num. 6. & 8. part. dec. 204. num. 1. part. 19. tom. 2.

dec. 578. num. 2. & 3. Sac. Congreg. Conc. in Lunen. Sarzanen. dismembrationis 12. Jul. 1712. Non permittitur tamen dismembratio supradictis non obstantibus, quoties parochianis distantibus consultum est per Coadjutorem, qui possit sacramenta ministrare in commodiori ecclesia. Rice, praxis for. eccles. resolut. 486. num. 6. vers. Limitatur. part. 1. Card. de Luca annotat. ad Conc. disc. 16. n. 2. & de paroch. disp. 34. per tot. Monacell. loc. cit. num. 4. Rota part. 10. tom. 2. dec. 578. num. 5. & sequent. & sic Sac. Congr. Conc. sub die. 12. Augusti 1628. quae teste Aldano in compend. Canon. resolut. lib. 3. tom. 8. num. 20. decrevit, quod dismembrare non liceat a parochia sita extra muros civitatis partem parochianorum habitantium in civitate sub pretextu, quod illis non detur aditus de nocte, sed est constituenda capella per Abbatem Parochum intra civitatem. Quo casu Rector persolvere debet mercedem Vicario ob loci distantiam, vel ob aliud impedimentum deputato; salva tamen manente ejus congrua. Nicol. in floscul. verb. Cura num. 7. Monacell. loc. cit. numer. 11. Barbosa super Trident. sess. 21. cap. 4. de reform. num. 15. Rota part. 17. dec. 204. n. 5. & part. 19. tom. 2. dec. 578. num. 8. Congrua enim in quacumque parochialis dismembratione Rectori est relinquenda. Rota p. 37. dec. 204. num. 5. Et ubi per assignationem mercedis Vicario, congrua Rectori non remaneret, in subsidium concurrere debent incolae, seu parochiani, Lambertin. de jure patronat. lib. 1. part. 1. quest. 5. art. 18. in fine, & lib. 3. quest. 7. vers. 2. num. 7. vers. Et si isti Beneficij, Bellet. disp. Cler. part. 1. tit. de Clerico debitor, §. 14. numer. 7. Barbosa loc. cit. num. 15. Monacell. loc. cit. num. 11. Rota part. 17. dec. 204. num. 6.

18 Dismembrari non potest ecclesia parochialis ob solemni aucti populi numerositatem, nisi concurrat requisita a Concil. Trident. sess. 21. cap. 4. de reform. Rota part. 1. dec. 485. num. 1. & part. 2. dec. 88. num. 1. Sac. Congreg. Conc. in Hostanen. 12. Jul. 1631. in Tolotana 15. Marti 1697. in Gerund. 29. Jan. 1701. & Neocastren. 15. Decemb. 1703. ubi cum ipsius Episcopus, scilicet Neocastrensis ad consulendum numerositati populi divisisset parochiam, & duas portiones curatas constituit aequae principales, Sacra Congregatio die qua supra declaravit, dismembrationem; seu divisionem in duas portiones curatas non sustineri, & invalidum fuisse concursum respondit, & talem resolutionem confirmavit die 16. Febr. 1704. Neque dismembrari potest parochialis propter angustiam, & deformitatem ecclesiae antiquae; vel propter inundationem. Rota part. 1. dec. 484. num. 4. & part. 2. dec. 288. num. 3. Neque etiam sufficit, quod aliquando contigerit, aliquos parochianos decedere sine sacramentis. Rota part. 1. dec. 584. num. 5. Dummodo tamen his omnibus provideri possit aliunde, vel media deputatione Coadjutoris. Rota part. 1. dec. 485. num. 5. & part. 2. dec. 288. num. 2. Vel per alienationem, vel novae ecclesiae, seu capellae aedificationem. Rota part. 1. d. dec. 484. num. 4. & part. 2. d. dec. 288. num. 3.

19 In dismembratione ecclesiae parochialis reservandus est Canon, seu recognitio aliqua annua faciendi ecclesiae matrici v. g. quod illi solvatur census annuus moderate arbitrio Episcopi taxandus, vel celebratio missae solemnis cantandae in ecclesia noviter erecta a Rectoris matricis in die Sancti Titularis, aut in aliqua ex solemnioribus anni festivitatibus, vel quod curati pro tempore una cum parochianis novae parochiae semel in anno accedant processionaliter ad ecclesiam matricem, & eorum offerant; sic declaravit. Sac. Congreg. Concil. in Anglonen. 20. Decemb. 1704. in qua approbando erectionem, hanc conditionem addidit: Reservata tamen aliqua recognitione annua ecclesiae matrici in signum honoris per traditionem candle unius librae. Ecclesia dismembrata a parochiali consentiente Rectore, auctoritate Episcopi, & justa de causa dicitur jura parochialia intra limites sibi assignatos habere exercibilia, & consequenter jus sepe- liendi acquisivisse. Rota part. 18. tom. 1. dec. num. 12. Et licet poterit reservare sibi ecclesia matrix in signum subjectionis jus hoc sepeliendi, vel similia, id debet expresse facere; alias omne id, quod est exceptum, in dismembratam ecclesiam translatum dicitur. Rota part.

part. 18. tom. 1. dec. 7. num. 13. & seq. Præservatio autem facta in dismembratione ecclesie intelligitur de aliis juribus, præterquam consecutivis ad ipsam dismembrationem. Rota part. 18. tom. 1. dec. 7. num. 15. Cum etiam ecclesie parte dismembrata, transeat cum ea omnia jura, quæ ex limitibus separatis separantur. Rota p. 5. tom. 1. dec. 41. num. 7. Dismembratio tamen generaliter loquendõ non præjudicat ecclesie, à qua illa facta est; nisi in illis, quæ in litteris dismembrationis continentur.

26 Rota part. 17. dec. 213. num. 1. & dec. 351. num. 1. Hinc per ipsam dismembrationem neque censetur præjudicari personis habentibus officia, seu beneficia in ecclesiis dismembratis; Rota part. 18. tit. 2. dec. 437. num. 23. Dismembratio ecclesie regulariter nec præjudicat Episcopo & Capitulo super exactiõne decimarum, cum in ecclesie dismembratione generali etiam prægnantissima non continentur decimæ in ea non expresse. Rota part. 17. dec. 213. num. 4. Maxime loquendo de decimis prædialibus, quæ non transeunt ipso jure in parochialem ecclesiam noviter erectam, sed remanent apud parochiam matricem, nisi eas Episcopus novo parochia ad præscriptum Concilii Tridentini assignaverit; Sic expresse Sacra Congregatio Concilii 11. Martii 1617. & sic late Fagnani. lib. 3. decret. in cap. Cum contingat 29. de decimis d. n. 42. Barbosa de off. & potest. Parochi cap. 28. num. 19. vers. Advertendum quoque, Reiffenstuel lib. 3. decret. tit. 30. num. 140. Monacell. l. c. num. 15. Decimæ tamen personales, seu sacramentales transeunt ipso jure in parochialem noviter erectam, etiam ante ullam Episcopi assignationem. Sic communis Doctorum cum Glossa in cap. Ad audientiam 3. de Eccles. adificand. verb. Obventiones, & bene notat Fagnani. l. c. num. 52. Vide verb. Decimæ art. 2. d. nam. 17. usque ad num. 24.

(Præcedentibus conveniunt leges 13. 15. & 16. tit. 5. 7. 8. 9. tit. 10. p. 1. Vid. etiam verb. Alienare in add. hisp. Vid. Brev. D. Pii VI. §. 22. verb. Capellanus militum.)

30 In foro invaluerat opinio, quod concurrente etiam justa causa deveniendum haud esset ad dismembrationem parochie, ubi prospici posset retentione in aliqua capella Capellani, qui præsto esse posset pro necessitatibus spiritualibus parochianorum, qui ecclesiam parochialem, vel præ distantia, vel præ itineris difficultate adire nequeant; Ita perpetuo respondit Rota, & signanter in recent. dec. 578. num. 7. part. 19. tom. 2. cor. Falconer. dec. 34. num. 12. de Miscellan. cor. Crisp. dec. 221. cor. Lancet. dec. 856. num. 10. & seq. coram clar. mem. Tanor. dec. 230. num. 5. & dec. 249. d. 4. & in Aetna Parochialis 18. Junii 1751. §. 5. & sequent. & in confirmatoria 18. Aprilis 1752. §. 3. coram R. P. D. Elephanzio. Et adamussim convenit Sacra Congregatio Concilii interpres in Dertbonen. Dismembrationis 5. Aprilis 1732. & 30. Augusti ejusdem anni in Terracinesi 6. Junii 1739. in Castanem. Dismembrationis 17. Decemb. 1740. in Pisanen. Unionis, & Dismembrationis 25. Jan. 1744. & 8. Feb. ejusdem anni, & plures alias.

31 Et procedebatur cum hac opinione, si ve dismembratio parochie peteret ex impedimento temporario, puta fluminis, aut torrentis hyberno tempore exundantis, si ve etiam ex impedimento perpetuo, scilicet distantie, ut præsertim firmavit Rot. cor. Crisp. dict. dec. 211. num. 23. & seq. & si ve nova parochia erigi vellet ex bo-

nis veteris parochie, sine ex bonis aliunde provenientibus, ut tenuit idem Sacrum Tribunal cor. Falconer. dec. 34. num. 13. de Miscellan. & si ve jam fuerint, vel non fuerint, qui obierint sine prasidio sacramentorum, ut pariter respondit Sacrum Auditorium cor. Falconer. dict. dec. 34. rub. num. 13. de Miscell.

At novissime in diversam ablit sententiam Sacra Congregatio Concilii interpres in Comen. 5. Decembri. 1750. Censuit enim, deveniendum esse ad dismembrationem parochie, tamen si Rector veteris parochie retinere offerret in aliqua capella Capellanum, qui occurrere valeat spiritualibus indigentibus parochianorum, qui justa de causa instabant pro dismembratione. Ad evitandam dismembrationem recentis in Nolana 3. Februarii 1753. & 1755. oblata quoque fuit recentio non unius Capellani, sed duorum Capellanorum, ac et minime adhæsit Sacra Congregatio, sed semel atque iterum requisivit informationem Episcopi juxta instructionem. Causa vero finem habuit concordia, quæ facta fuit dismembratio, & sic erecta nova parochia. Hanc autem posteriorem sententiam amplectam à Sacra Congregatione, uti conformem cap. Ad audientiam 3. de Adific. eccles. cum Concilio Tridentini. sess. 21. cap. 4. de Reform. inter alios tenuerunt Vanden Espen Jur. ecclesiast. univ. part. 2. tit. 6. cap. 2. §. 24. Sed tamen (inquit) si causa legitima erigendi novam parochiam occurat, non tam facile ob aliquorum interesse ad jam suggestum remedium confugiendum, tam quod non omnia in capellis stant, ad que parochiani tenentur ex Jure communi, & Tridentino, quam quod magna sit distantia inter pastorem, cujus sunt ovæ proprie, ut instituitur in novis parochiis, & sacerdotes, qui in capellis nec omnia præstant, nec tamquam sui. Plebani ergo satisfiit magno incommodo per erectionem novæ parochie, quam per capellam, eoque in casu magni incommodi mens esse videtur Concilii Tridentini. Zypæus respons. univ. num. 2. de Adific. eccles. Ursua eccles. discept. tom. 1. part. 1. discept. 14. num. 95. & 108. Constat. vot. decisiv. 343. num. 18. tom. 2.

Justa causa dismembrationis parochie est, vel distantia, vel difficultas itineris. Certa vero regula nec de distantia, nec de difficultate itineris statui potest. Standum multum judicio Episcopi, ut servare solet Sacra Congregatio Concilii interpres, contradicentibus, licet frustra, nonnullis Auditoribus faventibus parochis, qui ut plurimum sese opponunt dismembrationibus.

An consensus omnium, vel majoris partis parochianorum requiratur ad dismembrationem parochie, non conveniunt Doctores; Affirmant Zypæus consulti. can. 1. num. de adific. eccl. Slevogius de divis. eccl. & benef. comment. 3. §. 19. Populo (ait) nullas in hoc negotio partes, Barbos. & Castropalao, &c. tribuendas continent, quod arbitrium omne Episcopo à Synodo Tridentina deferatur. At fatetur, synodum nihil de populo, seu parochianis dicitur ponere, solum tamen ostendi sententia horum etiam consensus, aut majoris partis requiri in nova ecclesia fundanda. Ergo in divisione justa non negligendus erit. Unde si plures, & distincti casus uni Rectori, aut curato majoris ecclesie subjeti fuerint, ex tribus duos minimum consentire oportet. Certum etenim est, eorum causa suscipi ejusmodi negotium, eoque audiendi omnino; Rot. in rec. dec. 223. num. 5. part. 6. At negativa opinio magis recepta est.

DIS-

In hac materia per primas addit. hisp. fuit solum prænotatum ad uniones, resignationes, & regressus, ceterisque similes gratias apostolicas esse assensum regium præcedendum; (1) cum vero virtute juris patronari, & protectorii (2) sacrorum Canonum, & Concilii Tridentini (regiæ diadematis inseparabile consideratur) in eundem finem,

(1) Vid. verb. Beneficium, vers. Ut effectum: Breve S. D. Benedicti XIV. 10. Septemb. an. 1753. quod quidem insertum invenitur in fin. tit. 6. lib. 1. Roc. Cast. ad præsens, ibi: En quanto à las uniones, permutas, resignas, y afecciones, ó indultos, como llaman de Afecciones, y otras semejantes, donde se trate de derecho de tercero, era necesario explicar por las mismas cartas circulares, que esto se debia entender, y observarse segun el estilo de la Dataria Apostolica, esto es, guardadas las

casos que se deben guardar, con tal, y en quanto inter venga el consentimiento asi de tu Magestad, y de tus Successores los Reyes Católicos de las Españas por tiempo existentes, como de otros qualesquiera que tengan intereses: (2) Vid. add. hisp. verb. Forum, vers. Nemini indubium: prope fine vers. Nullus ambigit: proxime etiam ad fin.

DISPENSATIO.

SUMMARIUM.

- 1 Dispensatio quid sit, & quot modis consideretur ad num. 9.
- 10 Quid sentiantur de dispensatione, dispensante, & dispensationem petente sine justa causa, ad num. 18.
- 19 Papa an dispenset in jure divino, ac in omni jure ecclesiastico, ad num. 21.
- 22 Utrum Episcopus, vel Capitulum Sede vacante dispen-

sare valeat quoad sacros canones & præter casus à jure concessos, & quinam sint casus hujusmodi, ad num. 30.

- 31 De quadam dispensatione matrimonii, aliisque ad ordines, an utraque sit valida necne, ad num. 32.
- 33 Afferuntur quamplurima ad rem ex operibus S. D. Benedicti. XIV. ad num. 81. est additio ex Autore.
- 82 Lectores remittuntur alibi ad nonnulla hic pertinentia.
- 83 Additiones ex aliena manu, ad num. 105.

Dispensatio est Juris communis relaxatio facta cum causa cognitione ab eo, qui Jus habet dispensandi. Err in re communis cum Glossa in cap. Requiritis 5. caus. 1. quest. 7. verb. Ut perisque, & in cap. Ut constitueretur 5. dist.

scilicet uniones, & dismembrationes beneficiorum efficiendi sint varie dispositiones promulgatae, in quibus de eis (1) agitur, simulque de congrua in beneficiis assignatione, absque omissione eorum quæ ad effectum prærequiruntur: nullus demorabitur, si omnia super hoc decreta subnectantur, præmaximè quando nil supererit in ceteris add. præter in hunc locum remissionem.

(1) Reg. Ord. Circul. 12. Jan. an. 1760. I. Entre los asuntos que han excitado el zelo de la Cámara, uno de los mas principales ha sido que se reduzcan, supriman, y unan á destinos pios útiles á la iglesia, y causa pública los beneficios que hay en el reyto en excesivo número, y de tan corto valor, que no es suficiente cada uno á mantener limitadamente al que le obtiene, ni aun por lo comun llegan estos beneficios á la congrua sinodal establecida para ascender al orden sacerdotal, de forma que si sus poseedores no tienen otras rentas ó bienes, viven con indecencia, y son unos eclesiásticos inútiles á la iglesia, y á los pueblos donde residen.

II. Para proceder la Cámara con el conocimiento necesario en materia de tanta gravedad é importancia, pidió informes á los Prelados del reyto en 10 de Julio de 1758, en que tuvo principio este Expediente, reducido por entonces á los beneficios simples incongruos de libre colacion.

III. Ahora se ha instaurado el mismo Expediente con mayor aplicacion, por haber parecido que conviene entenderle á los beneficios incongruos, y a sean de libre colacion, ó de patronato laical eclesiastico ó mixto, asegurada la Cámara de que la voluntad de su Mag. arreglada á la disciplina eclesiastica, y al espiritu de los cánones, y Concilios á que no quede en las iglesias de sus dominios beneficio alguno incongruo, y que por sí solo no sea suficiente para la honesta, y decente manutencion de su poseedor, atendidas las circunstancias del pais, y el carácter del estado sacerdotal.

IV. En este supuesto, ha acordado la Cámara que V. forme un plan general claro, y distinto de todos los beneficios de esa diocesis, asi simples como residenciales, distribuyendola á este efecto por Arciprestazgos, Vicarias, ó Arcedianatos, segun la division que rija en ella, expresando los lugares de cada uno, y las parroquias, iglesias, ó capillas públicas que en cada lugar hubiere: el vecindario de cada Parroquia, el curato, vicaría, ó tenencia, á cuyo cargo está la cura de almas, con expresion de sus frutos, derechos, y otras obventiones, y los beneficios, ó capellanías que hubiere en cada iglesia, y a sean de libre colacion, ó patronato, como tambien sus emolumentos, cargas, y obligaciones.

V. Si en esa diocesis hubiere algunos Prelados inferiores, que por career de jurisdiccion quasi episcopal no pueden unir beneficios, pero son coladores de los comprendidos en sus territorios, estos beneficios deberán incluirse en el referido plan general, pidiendoles V. la noticia conveniente de los que fueren, en nombre de la Cámara, previniendoles, que al tiempo de darla presten su asenso á las uniones que proponga V. y apruebe su Mag. Pero si los referidos Prelados inferiores tuvieren territorios exántos con la verdadera calidad Nalibus, y el exercicio de la jurisdiccion ordinaria, en cuyo caso les compete la facultad de hacer por sí las uniones, dará V. cuenta á la Cámara de los que hubiere de esta

especie dentro de su diocesis, ó en los confines de ella, para que se les comuniquen en derecho el correspondiente aviso.

VI. En la relacion de beneficios que ha de comprender el plan general, ha de expresat V. en cada iglesia su dictamen acerca de los que se pueden suprimir, unir, ó incorporar, y las respectivas cargas, que hayan de cumplir sus poseedores. Y respecto de que la tasa sinodal en todos los Obispados es muy excesa, segun el presente estado de las cosas, y mayor estimacion que tienen, señalará V. para esa diocesis nueva congrua ó tasa, que atendida la calidad del pais, estime correspondiente á la decente manutencion del beneficiado, proponiendo segun ella las uniones, ó agregaciones de beneficios, y capellanías de modo, que no quede alguno á cuyo titulo no pueda ordenarse su poseedor; bien entendido, que si una tasa no pudiere gobernar en toda la diocesis por la diferencia de territorios que comprehenda, será conveniente la establezca V. distinta, y acomodada á cada uno, como asimismo la de los curatos, que deberá ser mas crecida por el mayor trabajo de los Curas, y la estrecha obligacion de su cargo en la administracion del pasto espiritual, y socorro de los feligreses necesitados.

VII. Para que tengan efecto las uniones, supresiones, y desmembraciones de beneficios, y curatos de libre colacion, estima la Cámara por conveniente que proceda el asenso del cabildo de la iglesia catedral, si no hubiere costumbre en contrario; y en los de patronato preceda tambien como condicion necesaria el consentimiento de los patronos, á cuyo fin los citará V. por edicto, para que en el termino preciso de dos meses le presten, ó den razon legitima de no hacerlo; y que no executandolo en el termino prefinido, ó alegando alguna causa frívola para impedir las uniones ó supresiones, proceda V. conforme á derecho, supliendo la negligencia, ó irracional contradiccion de los patronos; y para no dexarlas expuestas á nulidad, ó ulterior revocacion, considera la Cámara por indispensable, que ante todas cosas se justifique la causa que motive las referidas uniones, supresiones, y desmembraciones, de modo que conste no tener exceso las que lleguen á efectuarse.

VIII. Como la congrua de los parrocos es el fin mas recomendable, y una justissima causa para unir los beneficios simples que sean necesarios para su decencia; como se previene en el cap. 5. de la sess. 21. del Tridentino, conforme á otras decisiones, porque como inmediatos Pastores, á cuyo cargo está la cura de almas, fundan derecho para la percepcion de los diezmos con que contribuyen los fieles en retribucion del pasto espiritual; de modo, que en perjuicio de su congrua no deben subsistir las separaciones y desmembraciones hechas para erigir diferentes beneficios que están sujetos á la revision siempre que el Cura no tenga sustentacion decente: encarga á V. la Cámara, que atienda con preferencia á los curatos de corto valor, uniendoles el beneficio, ó beneficios que sean necesarios, no solo para el preciso